

50
358

*Sobre que Ma. pro. ronna
puede ser judicial los quallegis
de Ma. Sicul.*



P R O

DON PETRO DE LIZANA
& Zuñiga.

C O N T R A

Iuratos Ciuitatis Messanæ.

SV B. die 16. Aprilis currentis anni Syndicus ciuitatis Messanæ petijt per iudices Straticotiales ipsius ciuitatis, & iudices delegatos declarari prouisionem officij Straticoti & Capitanei armorum generalis dictæ ciuitatis factam per suam Maiestatem in persona don Petri de Lizana & Zuñiga, vna cum Viceregijs executorijs, & omnibus inde secutis, tendere contra priuilegia ipsius ciuitatis. Primo, quia per capitula dicti Regni, & per concessionem Regis Alphonsti omnia & quæcunque officia Regia, exceptis Viceregijs conseruatorijs & Castellaniæ concedenda sunt Siculis, & dictus don Petrus est exterus, & aduena dicti Regni. Secundo, quia per priuilegium Regis Rogerij & Regis Henrici personæ suspectæ & infectæ Populo non possunt esse officiales, nec ad vitam, nec ad tempus ipsius vrbis, & Rex & Regina Ioanna, & Carolus per aliud eorum priuilegium statuerunt & decreuerunt, vt prouideretur ipsi Vibi de Stratic-

A

tice-

ricoto grato; sed don Petrus non est gratus, sed infestus
& inimicus, quia cum Senatus ipsius urbis accederet ad
palatium Regium cum Vicerege allocuturus dictus dō
Petrus, inter alia eis dixit eorum priuilegia quatuor vel
paucis nummis empta fuisse, ac propterea de eis curan-
dum non esse, vt ex eorum depositionibus constare affir-
mant: ex quo non solum Senatus, sed vniuersa Ciuitas
offensa remansit, ac proinde nō posse eidem, vti inimico
& exoso, regimen dictæ ciuitatis, & defensionē eorū pri-
uilegiorum committi: præcipue cum dictus don Petrus
non sit eiusmodi qualem requirunt dicta priuilegia. Et
insimul præsentauit relata priuilegia & alia ad suā fun-
dandam intentionē, necnon depositiones ipsorū Iurato-
rum, inaudita & non citata parte, receptæ à prædictis iu-
dicibus Straticotialibus sub die 18 eiusdē mensis Aprilis
de assertis verbis à dicto do Petro iniuriosè prolatis cō-
tra eorum priuilegia coram ipsis Iuratis, & responsioni-
bus ab ipsis cum altercatione & offensione redditis, &
de perturbatione quam in animis ciuium conceitauit, &
murmurationem quam contra personam don Petri ex-
ortam fuisse referunt: & aliorum testium, qui etiam cō-
cluunt inimicitiam quam ciues dictæ ciuitatis contra
don Petrum, ex prædicta causa, contraxerunt: ex quibus
iudices prædicti recepta prius ab ipsis Iuratis indemni-
tatis securitate, prout in similibus casibus fecerēt face-
re solent, sub die 26. eiusdem mensis Aprilis declarau-
erunt per verbum sunt, iuxta stylum esse contra priui-
legia.

E contra don Petrus iuste prætendit prouisionē, & de-
clarationem esse nullam, & nulliter, & emulatiuo ac sug-
gestiuo modo factam, & ea non obstante titulum officij
Straticoti in personam ipsius tam dignè collati per suā
Maiestatem debere debita executioni demandari, & tā
Iuratos dictæ ciuitatis, qui contra priuilegium temerè
intentaucrunt, quam iudices Straticotiales, qui prædictā

2
deklarationem fecerunt ad omnia damna, interesse & expensas processuales & personales condemnari. Pro quo quatuor iuris Articulos breuiter proponemus.

Primò, processum, seu eulogrū fuisse nullum, & affectatum.

Secundò, prouisionem officij Straticoti dictæ ciuitatis Messanæ in personam dicti don Petri non fuisse, nec esse contra priuilegia ipsius ciuitatis, nec priuilegium aliquod in contrarium ostenditur.

Tertiò, causas inimicitia contra don Petrum allegatas esse falsas, & imaginarias.

Quartò, iuratos & iudices Straticotiales ob inobedientiam & contumaciam puniri debere, & ad omnia interesse partis, & expensas processuales & personales condemnari.

Primus Articulus.

Iudices Straticotiales tenentur declarare contra priuilegium intra octo dies iuxta priuilegium ipsius, vt patet ex allegatione in processu, seu eulogio facta per partem aduersam: at in casu de quo agitur non declarauerunt intra octo dies, sed intra decem dies: nam declaratio petita fuit sub die 16. Aprilis, & die 26. eiusdem mensis subsequuta fuit declaratio, & sic nulla tanquam lata post terminum: arg. tex. in l. si quis arbitrato, ff. de verb. obligat. & in l. si. §. Sed et si quis, C. commun. delegat. tex. est in l. Thais, §. Si intra certa tempora, ff. de fideicom. libertat. vbi non admittitur ad adimplendam conditionem post tempus, vt habeatur ac si esset impleta in tempore, si iterit per eum qui habebat implere conditionem in tempus & non impleuit, & sic non consequitur libertatem, licet post tempus velit reddere rationem, & implere conditionem. concordat tex. in l. Stycho, §. Titius, ff. de statu liberis, quem tex. ad hoc allegat Bart. in l. hac conditio. la

la 2. ff. de condit. & demonstrat. Bald. in l. si plures, C. de
conditio. infert. vbi dicit, quòd quando tempus est taxa-
tum, non potest impleri post tempus expressum per di-
ctum §. intra certa tempora, siue loquamur in conditio-
nibus momentaneis, vel successiuis: arg. l. statu liberum
§. scriptum, ff. de leg. 2. idem Bald. in l. liberti, col. 5. C. de
oper. liberror. vbi dicit, quòd quando tempus est de for-
ma contractus, tunc peccatum temporis est peccatum
formæ, & tunc non potest poni tempus pro tempore,
quando tempus dat esse rei: arg. ff. de condiction. ob cau-
sam, l. si pecuniam, in princ. & l. 1. C. de re milit. lib. 12.
faciunt ea quæ voluit Paul. de Castro cons. 328. Videtur
dicendum, quòd dicta declaratione, in prima impressio-
ne, vbi consuluit, quòd stante statuto, quòd de nullitate
sententiæ possit dici infra decem dies, quòd elapsis illis
decem diebus quis amplius non audiatur: ad quæ etiam
conuenient ea quæ volunt Alexand. & Ias. in l. si ita quis
ff. de vulgar. & pupil. ad illam quæstionem, quòd substi-
tutio pupillaris ad tempus ad aliud tempus se non extē-
dit cum alijs adductis per glossam & Doctores in l. cum
Prætor, ff. de iud. & in l. si ea, C. qui accusar. non poss. vbi
quòd qui potest facere aliquid in tempore, quòd patien-
do illud labi, iuri suo renuntiare videtur, de quo pulchrè
per Socin cons. 16. Anno Domini num. 29. vol. 4. & Cor-
neus cons. 179. In hac consultatione, vel. 4. Alexand. cō-
fil. 135 Ponderatis his, vol. 2. vbi eleganter ait, quòd sen-
tentia transit in rem iudicatam de iure, si infra decem
dies legitimè ab ea non sit appellatum, cap. quoad con-
sultationem, de re iudicat. capit. cum dilecti in fine, de
elect. authent. hodie, C. de appellat. & n. 5. subdit, quòd
quando actus debet expediri certo & determinato tem-
pore, tunc si expediatur per aliquem sine mandato no-
mine eius ad quem res pertinebat, requiritur quòd rati-
habito interueniat infra tēpus infra quòd res peti pos-
sit, l. bonoram, ff. rem ratam habe. vt notat glos. in cap. ra-
tiha-

tihabitio, de reg. iur. in 6. Bart. in l. 1. ff. de appellatio. recipien. laf in l. exigendi, C. de procurator. Socin. conf. 19
 In causa Magnifici, n. 3. vol. 3. & Gramat. conf. ciuil. 19.
 quod maximè procedit in iudicibus Straticotialibus, qui non sunt ordinarij, sed delegati, c. P. & G. de offic. & potest. iudic. deleg.

Non obstat dicere, quòd transgressio duorum dierũ non est in consideratione, ex his quæ voluit Alexã. conf. 25. vol. 2. in fin. quòd non dicitur transgressor mandati limitati tempore, si in modico tempore transgreditur Si quidem respondetur, quòd tempus datum a lege currit de momento ad momentũ, sicut dicimus quòd tempus compromissi computatur de momento ad momentum, & si feratur laudum per horam post diem compromissi, non valet laudum, vt dicit Bald. in conf. 372. Proponitur quòd dictum compromissum, vol. 2. quem refert & sequitur Matth. de Afflict. videndus pro decisione huius artic. decis. 73. n. 3, & per totum, vbi resoluit, quòd si fuerit facta conuentio inter emptorem & venditorem seruæ, quòd si infra quadraginta dies non haberet menstrua, rediberetur, quòd si intra quadraginta dies nõ habuit menstrua, sed habuit post duos dies, habet locum redibitoria iuxta conuentionem, & non admittitur purgatio motæ.

Rursus ex alio fuit nulla declaratio, quia fuit facta vigore informationis testium absque citatione partis receptorum, quo casu dicuntur nulliter recepti, & nullam fidem faciunt, l. si quando, C. de testibus, & cap. in nomine Domini de testib. & vtroque per scribentes, & consequenter declaratio facta per iudices Straticotiales est ipso iure nulla tanquam fundata super nullis probation. cap. aduersario, de except. glos & Card. in cap. Ecclesia de constit. maximè cum testes fuerint ipsimet Iurati, quod hoc eulogium contra don Petrum nulliter fabricari procurauerunt, ac multipliciter affectauerunt, & se

iplos in eorum depositione inimicos reddunt, & contra se ipsos creditur eis, vt in auth. si dicatur per Doctores, de testibus, vbi notant, quod propterea nihil probant.

Quibus non obstat si dicatur, quod processus iste extraordinarius, & summarius intra tam breue tempus: concludendus, & decidendus ex officio potius, & quoddammodo extraiudicialiter nemine citato, nec audito breuiter concluditur; quoniam respondetur hoc vix fundari, nec practicari posse quando ad fundandum contra priuilegium requiritur extrinseca testium probatio, & non potest ex delictis documentis publicis probari, prout in casu de quo agitur, in quo pars aduersa precipue fundatur in figurata inimicitia, odio & rancore contra dictum don Petrum ob contemptum, & paruipretium eorum priuilegiorum, de quo cum aliis non constaret, nec constare, posset seorsum de per se, fuit necessaria extrinseca testium productio, quæ sine partis citatione valide fieri non potuit, & sic nulliter facta fuit, tam testium productio, quam iudicium declaratio, precipua quia quando pretenditur contra priuilegium ex aliqua iusta causa debet utique de illa aliunde aperte, & iudicè constare, non autem in ipsomet eulogij iudicio per ipsam partem aduersam figurari, & probari absque villo iudiciali examine, nam hoc alias nihil aliud esset, nisi partis assertioni stari, quod prorsus ab omni iure alienum esset.

Secundus articulus.

QVOD ciuitas Messana non ostendat, nec habeat priuilegium, quod non possit ei dari, nec creari Straticotus, qui non sit ipsi Ciuitati gratus & acceptus, patet euidenter ex priuilegijs ab ea productis, & quibus se iuuari contendit: nam si alia circa id clariora priuilegia haberet, utique illa produxisset, quod autem producta intentione suã non probent, patet euidenter. Nam allegatum,

tum, ac productum priuilegiū Regis Rugerij Primi sub die 15. Maij 1129. hæc verba continet, ibi: *Et omnes officiales statuendi à Regia secretia siue ad vitam & ad tempus, vel ad beneplacitum pro quacunque iurisdictione, vel exercitio sint ciues eiusdem, non suspecti, nec infesti populo aut molesti.* Quæ verba non loquuntur de Straticoto, qui gubernium ciuitatis & armorum capitaniatum habere deuet, sed de alijs officialibus à Regia secretia statuendis, qui licet iurisdictionem habeat pro colligendis redditibus & functionibus Fiscalibus, inferiores tamen admodum & ciues ipsius ciuitatis esse possunt, & debent, dummodo populo non sint suspecti nec infesti, quod ad præeminens officium Straticoti, quod non à secretia Regia, quæ ibi residet tanquam Tribunal Regij patrimonij, sed à Maiestate sua prouideri solet & debet, nec officium ipsius est, nec esse potest ad vitam, sed ad biennium tantum, & velle prædicta verba ad Straticotū referre nil aliud est nisi scienter errare, & verba captare & ius ciuile calumniari, vt voluit textus in l. penult. ff. ad exhibendum, ibi: *Respondit, non oportere ius ciuile calumniari, neque verba captari, sed qua mente quid diceretur animaduerte conuenire:* quem textū ad hoc allegat, glōf. in Canon. noli frater. 9. distinctio. Quinimo maiore fraudem pars aduersa adhibere videtur, quæ non solum legem circumuenire voluit, sed etiam interpretationem legis, vt alias voluit Consultus in l. ica fidei, ff. de iure fisci, ibi: *Imò in priori specie maiorem fraudem excogitasse videtur, qui non tantum legem circumuenire voluit, sed etiam interpretationem legis.*

Idem dicimus de alio rescripto obtempo ab Imperatore Carolo Quinto immortalis memoriæ in anno 1517. sub die 15. mensis Februarij, in quo dum ciuitas supplicaret quod officium Straticoti esset annalis, & quod staret fencicatu, & quod nullus ciuis Panornitanus ad illud concurrere posset, respondit sua Maieestas: *Placet*

cet Regia Maieſtati, quòd ſit biennalis. quo elapſo ſit pri-
uata perſona & in his quæ gesserint, vt Straticoti ſyndicen-
tur, vt Straticotus, vt ceteri officiales Regni, & in his quæ
gesserint, vt Capitaneus armorum conſtituto de extorſioni-
bus, & male geſtis Vicerex prouideat de viſitatore, & ſua
Maieſtas prouideat de Straticoto grato dictæ ciuitati.

Hoc Cæſareum reſcriptum, quòd attinet ad prouiſio-
nem Straticoti grati, debet intelligi ſecundùm ſupplica-
tionem ciuitatis; nēpè ne Panormitanus admitteretur,
quòd ſua Maieſtas admittere noluit, nec ſe libera eligē-
di facultate priuare, ſed conſulere ciuitati, quòd proui-
deret de Straticoto grato, vt ſic reſponſio ſecundùm pe-
titionem declaretur, iuxta text. in §. Præterea, inſtit. de
inutilib. ſtipulati. cum ſimilibus, vt tradit Iaſon in l.
iuſtitia, ff. de iuſt. & iure, & in l. cauſas vel lites, C. de
tranſaction. & benè facit text. in l. quæſtio. ff. de ædilit.
edict. & in l. ſi deſenſor. §. qui interrogatus, ff. de inter-
rogator. actionib. per quam dicit Bart. in l. ſi intentione
ambigua, in vltima quæſtione, ff. de iudic. quòd quando
interrogatio actoris eſt certa, & reſponſio rei eſt dubia,
interpretatur ſecundùm intentionem actoris, vt videat-
ur ad interrogata reſponſiſſe, & comprobatur Socin. con-
ſil. 103. in cauſa conuentionis, & reconuentionis, col.
fin. vol. 3. & Franc. Purpurat. conſ. 254. n. 5. p. 1.

Et tantum abeſt, quòd voluerit ſua Maieſtas liberū
arbitrium circa hoc ſibi reſtringere, quòd nec Panormi-
tanum ab electione excludere voluit, quòd ſolum ciui-
tas petebat, ſed quatenus Panormitanū eligere contin-
gerit, voluit gratum illum exhibere, nec vllam aliam
interpretationem dicta Regia decretatio admittere po-
teſt, quare cum hodie non ſit facta prouiſio in perſonam
Panormitani, non poteſt dicta decretatio contra don
Petrum Hiſpanum allegari, nec pertinet ad ſubditos de
hoc diſputare, nec abſque nota poteſt hoc in dubium re-
fricari: ſubditorum namque eſt obedire, non autem præ-
cipere.

capere, nec in partem Imperij se ingerere, prout esset si non posset Rex ad libitum officium Straticoti cui vellet conferre, & teneretur consensus & beneplacitum subditorum requirere, quod est ab omni honestate: I. enū, non enim seruus maior domino suo, nec discipulus super magistrum, 6. quaest. 1. can. Sacerdotes, quinimo censetur infamia si filius patrem, discipulus magistrum, aut superiorem inferior subiugare conetur 96. distinctio. quis dubitet, nulla quippè iustitia est, vt maior minori seruiet 23. q. 6. can. est ordo. Nam quædam sunt in quibus vsurpandis arguitur audacia, in exequendis autē laudatur obedientia 23. q. 5. can. lex æterna, & facit illud Gregorij in suo Pastoralī. A subiectis inferiora gerenda sunt, a Rectoribus summa cogitanda, vt scilicet oculum qui prouidendis gressibus præminet, cum pulueris nō obscureret, caput namque subiectorum sunt cuncti qui præsent, & vt recta pedes valeant itinera carpere, hoc proculdubio caput debet ex alto prouidere, & licet subditi causam sententiæ nesciant, ad inquirendum tamen curiosi esse non debent, satis enim plena ratio est, quod superior iubet, secundum Quintilianum in Gladiatore, verba sunt Luc. de Penna in l. 1. col. 3. & 7. in verb. insuper C. de priuileg. Scholariorū lib. 12. & in l. coloni, C. in quibus causis coloni col. 1. vbi dicit non esse licitum vassallo qui vendi, & distrahi, potest dominū suum sic passim ad iudicium euocare, vnde & libertus etiam hodie debet domino suo suisque filijs inconcussam, & liberam suam venerationem & reuerentiam, deuotionemq; seruare, aliàs reuocatur in seruitutem, in auth. vt liceat de cætero, §. nominum, collat. 6. & idem dicitur in vassallo ad personalia seruitia obligato, & ibidem col. 3. vbi quod vassallus non potest denunciare dominum occultè peccantē, quia hoc est præcipuū priuilegium domino debitū propter nimiam reuerentiā quā sibi tenetur exhibere vassallus, qui quodammodo seruus eius est: talē

autem reuerentiam dominus vassallo suo exhibere non debet, ne videatur quidē esse dominus, in effectu autem sit æqualis eius, in auth. de mandat. Princip. §. homicidia.

Aliud autem Decretum Regis Alphonſi, sub die 22. Iunij 1443. factum ad supplicationem ipsius Ciuitatis tenoris infraſcripti.

*Item che en la ditra Città si à su benigna merce provide-
re che sia vno solenne Stratico di Stato, & reformaturi del-
la generale giusticia.* Placet Regiæ Maiestati. Versatur circa particularem prouisionem, tunc à præfato Rege faciendam, non autem de alijs prouisionibus in futurum faciendis, & quatenus ad futuras prouisiones omninò extenderetur: omnia prædicta requisita concurrunt in persona dicti don Petri, qui vltra innatā sui generis nobilitatem, & qualitatem, habet statum, & dominiū vassallorum, plurium oppidorum, & villarum capaciū cuiuslibet dignitatis & honoris, & quòd attinet ad reformationem generalis iustitiæ vix in Hispania hodie reperitur alius suæ professionis, & qualitatis, qui ei in hoc æquari, vel comparari possit. Quinimo nimia ipsius integritas, capacitas, experiētia, iustitia, & rectitudo (quæ hodie in paucis inuenitur) sibi aduersantur, & odiū, inuidiam, & persecutionem conciliant, sed vtcumque sit semper boni homines diligendi debent, quia Deus eos diligit, & boni semper vincunt, mali verò homines debent expelli ab omni honore, quia seruiunt diabolo, & sunt sine conscientia, Bald in l. Cassius num. 5. ff. de Senatoribus, præuis enim moribus grauis est vita bonorum, dicit Gregor. in 2. Dialog. & potissimè ignorantibus, qui inuident inferioribus litteratis, nec patiuntur coram se loqui 93. distinctio, c. esto. Execratio quidem peccatoris est Dei sapiētia, Ecclesiast. cap. 1. & Boetius: Tot sunt artis hostes, quot sunt ignorantes, coram his non sunt dicenda verba prudentiæ, Prouerbiolorum 23. In auribus insipientium ne loquaris, quia despiciunt doctrinā elo-
quij

quij tui, hi sunt erroris magistri, qui virtutis discipuli esse noluerunt 2. q. 7. cap. vos si 24. q. 3. cap. quid autem. Hinc etiã Sallustius, Regibus suspectiores boni quã mali sunt, semper his virtus aliena formidolosa est, & ex hoc boni efficiuntur eis quãmnimum odiosi, morsque bonis viris propterea sequitur, iuxta illud Guarini, quẽ metunt, oderunt quem quisq; odit, perijisse expetit, multorum autem odijs nullas opes posse obistere, si antea fuit ignotum, nuper est cognitum, vt ait Tullius 2. de Officijs, & Hieronymus in sermone Quadragesimã: Difficile inimicorũ euadit opprobria, cui est amica iustitia: de hoc Ioan. Osauri in sermone de decollatione Ioan. Baptistã, Innocentiã inimicis odiosa sit semper libertas, nam virtus cõtraria vitiosis, sacrilegis exola sanctitas, inimica castitas impudicis, corruptis integritas poenã luxuriosis aduerã frugalitas, crudelibus dura semper misericordia impijs pietas non ferenda probat hoc Euangelista. cũ dixit dicebat Ioannes Herodi, non licet tibi habere vxorem Philippi fratris tui. ecce vnde Ioannes offendit, ecce vnde Herodes furit, malos qui monet offendit, incurrit odiũ qui arguit criminosos, omnis quidem iniquus bonorũ est inimicus, omnis amicus huius seculi Dei est inimicus. inimicus autem Dei, bonitatis & iustitiã est inimicus, ac per hoc amatores bonitatis, & iustitiã diligere nõ potest 23. q. 4. ex his omnibus nec omittamus ex quo de hoc loqui cepimus illud Chrysostomi in sermone de venditione Iosephi, õ nefanda rabies iniquorum non licet Ioseph, non licet inquam impunitum esse qui bonus est, non licet meliorem tutum esse cum malis, & quasi inuidi aliquid perdant, aut dispendium alicuius rei incurrant, sic bonorum vita detrimentum est pessimorum. Zelant mansuetũ inuidi, modestum superbi, probum improbi, mitem tumidi inimica amulatione lacescunt, patitur vt Ioseph Sanctus innocentiã vitã inuidiam, & amulos in se fratres sanctã excitat

excitat vita, bonū mali videre non possunt, denique venientem ad se lacerant, seruiunt, necare festinant, nolūt meliorem viuere, ne degeneres ipsi possunt impropria sustinere: è contrario viri scelesti apud Reges & Principes insigni hodie habētur, honore frequentissimo quōque donantur munere: vnde Polyb. lib. 5. cap. 10. Qui corruptior moribus, & corruptior muneribus apud istos beator est, & frequens est, vt Curia recipiat vitiosos apud quos inualefcit audacia delinquendi, cū ex familiaritate Potentium vitij indulgetur, & Curia Philosophorum excludit, res quidem monstruosa est Philosophus Curialis. Sed quid remota quærimus? Dominus Oseæ 7. dicit: In malitia sua lætificauerunt Regem, in mendacijs suis lætificauerunt Principes. Hæc ad refrigerium litterarum, qui sunt hodie, libuit hīc scripsisse, verba sunt Lucæ de Penna in l. prisco iam nunc ordine, C. de Palat. sacrar. larg. lib. 12.

Tertius articulus.

CVm ex dictis in præcedenti articulo satis superque constet nullum priuilegium habere ciuitatem Mesfanæ, quod impediāt don Petrum de Liçana & Zuñiga, quin officium Straticoti exercere possit, nec ipse aduena, nec exterus dici potest, cū sit Hispanus, & fidelissimus vassallus, & humilis Maiestatis suæ seruus, & semper Hispani officium prædictum exercuerint, vt cōstat ex multis exemplaribus deductis, nullam vtique legitimam excusationem habent, propter quam eidem possessionem officij denegare potuissent, nisi dicere velimus, prout verè dicere possimus, voluisse Iuratos intellecta indignatione Principis contra don Petrum occasione vtī, & officium ipsi retinere, & emolumentis ipsius gaudere, prout gaudent, & ipsimet in vtilitatem propriam condemnationem faciunt impunè, cū don

Petrus

Petrus vti Straticotus per se facere non posset, sed per Iudices ab ipsis Iuratis electos, quod pro vassallorum, & reipublicæ oppresione, & grauamine, est maxima consideratione dignum, credentes forsan rem gratam don Petri persecutoribus facere, ac propterea sine motu alicuius pœnæ eiusmodi mendosum, & affectatum eulogium contra don Petrum fabricare ausi sunt, ne hoc colore quæsito, ipsum ad possessionem officij admitterent, quod collibētius executi sunt, quo in eorum fauorem & vtilitatem, & interesse vertebatur, & ad fucadā fallaciam, inimicitiam, & odium don Petri simulaerunt, & ipsimet partes, & testes hoc deposuerunt don Petri parte inaudita contra omnem veritatem, verisimilitudinem ac pudorem: nam si don Petrus hoc sciuisset, facili negotio ipsorum falsitatem ipsamet veritate comprobaret quampluribus litteris corū missiuis gratificatorijs obligatorijs ipsi don Petro redditis multo post factum, de quo ipsi deponunt, quibus se amicos, deuictos, & obligatos don Petro confitentur, & multiplices gratias ex intercessione ipsius apud Principem adeptos, sed si offensio processit sub die 5. vel 6. Septēbris 1622. cur tandiu tacuerunt, & non reuocarunt ad iniuriam, vsque ad diem 15. Aprilis 1624. quo don Petrus accessit Messanam pro capienda possessione officij? Certè hoc solum ostendit veritatem, cum in cōtrarium oppositis non concurrere, vt aliàs voluit text. in cap. 1. de frigid. & maleficiat. & in l. penult. C. de vsur. pupillarib. ibi: *Ac si rem & fraudem dissimulatione proferat*: nā fraus inest dolo tanquam species generi; l. iuris gentiū, §. sed si fraudandi, vbi Alex. ff. de pact. fraudis autem species videtur esse simulatio, fallacia, calliditas, machinatio, & impostura ad fallendum, & decipiendum alium facta, secundum Iasonem & alios in d. §. sed si fraudandi; sed elegantius quàm alij loquitur de fraude Cicero in primò de Officijs, cum duobus modis inquit, id est, aut

vi, aut fraude fiat iniuria, fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur, vtrumque alienissimum est ab homine, sed fraus odio digna maiore, totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui eum maximè fallant, id agunt, vt viri boni esse videantur, refert & sequitur Cag nulus in l. fraudis interpretatio. 80. num. 3. & 4. de reg. iur.

Nec dubitandum quin opposita contra don Petrum quo magis futilia sunt, tanto grauiora existimanda, vti adinuenta ad reprimendam, & minuendam opinionem ipsius don Petri: nam si verum esset, quod imputant, magnam ipsius don Petri imprudentiam, ostenderet. Quandoquidem ipse ad officium Straticoti aspirabat, & decretum suæ Maiestatis obtinuerat, quo dictum officiũ sibi dare promisit, quo stante non est verisimile don Petrũ syndicos dictæ Ciuitatis præmaturæ, & absquẽ vlla causa voluisse ad odium & malam voluntatem prouocare, & seipsis odiosum reddere, nec credendum voluisse contemnere priuilegia, quibus ipse gauisurus erat, attempto maximè, quod quando Senatus ipsius Ciuitatis Messanæ accessit ad palatium Regium Principem allocuturus, ipse don Petrus de recenti Siciliam accesserat a Ieo, quod nondum erant transacti quinque dies post ipsius aduentũ, quo tempore nullam notitiam priuilegiorum ipsius Ciuitatis habebat, nec regnicolam aliquẽ cognoscebat, & nihil aliud ipsis Iuratis dixit, nisi quod Princeps imperauerat, & illud quod non est verisimile, habet speciem falsitatis: Bald. in l. 1. num. 9. C. de seruis fugitiuis, vbi dicit, quod experimentum verorum sermonum est vt concordet cum rebus sensatis, vel verisimilibus, vt C. de quæstio. l. milites. §. oportet: nam id quod est valde longè à verisimili est quædam falsitatis imago: nam verisimilitudo pro lege habetur, & naturæ cognata esse dicitur Bald. conf. 180. mortuo filio num. 3. vol. 3. Oldrad. conf. 15. cum quæstio in fine, & in specie

probationis primas partes sibi vendicat, Crauet. cor. l. l. 363. num. 26. & conf. 461. vbi ait, quod in probationibus inspicitur potius verisimilitudo quam possibilitas, Bald. in l. scripturae, num. 6. C. de fide instrumentor. vbi ponit exempla plura de verisimilitudine, & pulchra ex nostris, & externis scriptoribus colligit affatim, vt moris est, Tiraquel in praefatione l. si vnquam, ver. sic. Sed ia ni fallor, num. 37. cum pluribus sequentibus, C. de reuoc. can. donatio. qui inter caetera illud merito obseruat nostris Legislatoribus, & peritis tanti fuisse verisimilitudinem, vt ex ea leges fecerint, litesque definiri iusserint, tanquam id verum sit, quod vero est simile, & idcirco inferri solet, cum qui habeat verisimile pro se habere casum legis. Craueta conf. 292. num. 6. Cacheranus qui alios refert, decis. 170. refert & sequitur Bartholomaeus Bertazol. conf. criminal. 438. num. 3. volum. 2. & Ioan. Vincent. Honded. conf. 102. num. 51. & 52. vol. 1.

Hac est veritas, quae est ipse Deus, vt in c. cum aeterni de re iudicat. lib. 6. & notatur in cap. cum esses, de testament. in nouella, quae veritas semper vincere debet, cap. veritatem, distinct. 8. l. eos, C. de testibus, Esra lib. 3. c. 4. Maximè penes viros graues quos eam semper colere decet, l. 1 C. de dedititia libertat. l. cum ita legatū, ff. de conditio. & demonstrat, Alex. cōf. 62. in princ. vol. 4. Senatus Pedemont. decis. 69. in princ. Imo potius est tolerandum scādalum, quàm quod veritas opprimatur, l. 2. vbi Doctores, maximè Dec. num. 11. C. de edend. & in c. quoniam contra num. 4. de probatio. Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 69. ff. de damn. infect. & veritatem in iudicio latere est peccatum mortale, glot. in c. constituris, el primero de testibus, Cephal. cor. l. 165. num. 15. Gerard. Mazol. conf. 95. in princ. concludens eū qui veritatem impugnauerit edificare sibi ad gehennā ignis, refert Hippolyt. Riminal. conf. 285. num. 1. vol. 3.

Et fraudibus quantum potest lex resistit, l. cum hi §. si

si cum lis, ff. de transact. l. 1. §. ibique glos. ff. nauæ
cauponæ, l. in fundo, ff. de reuendicatio. l. magis puto, §.
si pupillus, ff. de reb. eorum, l. 2. C. de indicta viduit.
tollend. l. meminerint; C. vnde vi, cap. pastoralis ante
finē de caus. poss. & propriet. fraudesq; arcendas vtilitas
publica priuataq; monet, l. si libertus, ff. de iure patron.
hoc amplius interpretatio lata admitti fraudum tollē-
darum causa solet, l. 1. in fine, ff. de calumniatoribus; l.
sed & Iulianus, §. mutui datio, & §. proinde, ff. ad Mace-
donianū, cap. quanto, de priuileg. c. si ciuitas de sent. ex-
communicat. lib. 6. Dec. conf. 5. in fine, & conf. 196. col.
1. & conf. 277. col. 2. & conf. 301. col. 2. & Aymon Crau.
qui omnes prædictos allegat conf. 811. num. 3. vol. 5.

Quartus Articulus.

IN hoc negotio duplex interesse vertitur, vñum res-
pectū don Petri, quod circa adēptionem, & possessio-
nem officij Straticoti, & damnorum emendationem
versatur. Alterum & principalius est seruitium suæ Ma-
iestatis, ne vassalli audaciam, & libertatem assumant
passim contra mandata et præcepta domini nostri Re-
gis, veniendi in his, quæ ad solam et immediatam au-
ctoritatem Regiam spectant in graue damnum, et præ-
iudicium suorum fidelium vassallorū, prout in dies fieri
videmus, de quo nihil dicam, ne accusator esse videar,
cum hoc ad me non pertineat, sed potius ad dominos de
supremo Cōsilio rerum Italicarū, qui de hac causa cog-
noscunt, & de his prout de omnibus alijs incumbenti-
bus debitā considerationem, & moderationē habebūt,
sed solum debita satisfactione dō Petro faciēda tracta-
bo; quæ omni iure fieri debet habita cōsideratione qua-
litas suæ personæ, expensarū ab eo factarū, & periculo-
rū susceptorū, & suscipiendorū maritimorū, & terrestriū
cū pro seruitio Regio se suāq; vxorē, & familiā iacturis
et pe-

& periculis exposuit, nec est iocosa delusio, & cōtēptio
 post tot pericula, et labores nō modò eos, vt amicos sus-
 cipere, sed tanquā hostes repellere, & si ustratorijs, ac nul-
 lis litigijs vagare, qui tāquā subditi omni iure suscipere
 & obedire tenentur, vnde cum restitutione & reintegra-
 tione officij, debet etiam fieri integra restitutio omniū
 dā minorum & expensarum, iuxta text. in cap. finem liti-
 bus, de dolo & contumacia, vbi Bald. in princ. dicit, quòd
 si fundata intentione actoris, reus proponat exceptionē
 peremptoriam, & deficiat in eius probatione, præsumi-
 tur malitiosè proposuisse, & condemnabitur statim ad
 expensas propter hoc factas, & num. 5. refert illud: *Ode-
 runt peccare boni virtutis amore, oderunt peccare malis for-
 midine pœnæ.* vt notatur in l. 1. §. 1. ff. de iustit. & iure, &
 num. 7. dicit, quòd expensæ multiplici causa euenire so-
 lent: primò ratione confusionis, seu generalitatis, & nō
excusat, l. eum quem temerè, ff. de iudic. secundò, ratio-
ne contumaciæ, & idem, vt l. properandum, §. sin autem
reus, C. de iud. quia contumacia non potest esse sine te-
meritate, vt l. non potest videri dolo, ff. de reg. iur. Ter-
tiò ratione cauillationis, & retardati processus, & idem,
vt ibi, & in l. non ignorat, C. de fruct. & lit. expens. & l.
fin. C. eod. tit. l. 3. C. qui accus. non pos. & plenè Bart. in l.
1. §. calumniatoribus, ff. ad Turpillian. & cap. calumniam
de pœnis, & num. 8. dicit, quòd vniuersitas succumbens
vel contumax condemnatur in expensis, glos. est solen-
nis in d. l. non potest dolo, ff. de reg. iur. & est casus in d.
l. fin. C. de fruct. & litium expensis: idem Bald. in l. eos,
§. cautionem, C. de appellation. in 2. colum. vbi dicit,
quòd quando quis succumbit ex facto proprio, in quo
non potest prætendi error, siue sumus in causa principa-
li, siue appellationis, semper debet in expensis condem-
nari, refert Afflict. decis. 70. num. 3. At in præsentī casu
omnes prædictæ causæ concurrunt, nempe contuma-

cia, temeritatis, & caullationis, dilationis, ac etiam do-
li. Ergo ex omnibus prædictis causis ad omnia damna,
interesse & expensas condemnari debent, tam præteri-
tas, quàm futuras, donec don Petrus in possessione paci-
fica dicti officij Straticoti existat; ac insuper condemna-
ri debent ad pœnam mille ducatorum in commissione
dicti officij contentam, ex his quæ voluit Grammaticus,
videndus decif. 40. num. 20. cum sequentib. Salua sem-
per, &c.